Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est
iste filius hominis? Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum lu-
men in nobis est. Ambulate dum lumen habetis ut
non tenebre nos comprehendant. Et qui ambulat in
tenebris nescit quo uadit. Dum lumen habetis credite in
lumen ut filij lucis sitis. In vigilia sci Mathei ap. et
ev. lectio. Vir quidam homo qui inuentus est. Sim lucam.
Illo t. Vidit ihs publicanum nomine leui sedentem ad the-
loneum. Ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus surgens
secutus est eum. Et fecit ei convivium magnum leui in domo
sua. Erat turba multa publicanorum. Et aliorum qui cum
illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei
et scribe eorum dicentes ad discipulos eius quare cum pub-
licanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens
ihs dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico sed qui
male habent. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam.
In die sancti Lecto. Vnicuique nostrum data est gratia. Et in
vigilia Ascensionis. Secundum Mathem
Illo t. Vidit ihs hominem sedentem in theloneo ma-
thaeum nomine. Ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus surg-
ens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo
ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant
cum ihu et discipulis eius. Et videntes pharisei dicebant
discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat
magister vestr? At ihs audiens ait. Non est opus ua-
lentibus medicus sed male habentibus. Euntes autem discite
quid est misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare
iustos sed peccatores. Rudbert epi et confess lectio. Ecce
sacerdos magnus. Ecce Homo quidam nobilis.